

# quintus

Teu hippini:xystrani:hydienses:apolliniata:trapezopolita:aphrodienses liberi.Præter hæc coscitus: hydissen-  
 harpasa apposita fluuio harpaso:quo & trallicon cum fuit alluebatur.Lydia autem persusa flexuosi am-  
 nis mæandri recuribus super ioniam procedit:phrygia ab exortu solis uicina:ad septentrionem mysia  
 meridiana parte carian amplectens:meonia ante appellata.Celebratur maxime sardibus in latere timo-  
 li montis:qui ante timolus appellabatur nitibus consitus:ex quo profuente pasto eodemq; chryso-  
 rhoa ac fonte tarne a meoniis ciuitas ipsa hyde uocitata est:clara stagno gygeo.Sardinia appellat nūc  
 ea iurisditio.Conueniuntq; in eam extra prædictos macedones:cadueni:loreni:philadelpheni:& ipsi  
 in radice timoli cogamo flumini appositi.Meonii:tripolitani.Iidem & antiopolita mæandro allun-  
 tur.Apolloniherita:mysotmolita:& alii ignobiles.Ionia ab iasio sinu incipiens numerofo ambitu lit-  
 torum flectitur.In eam primus sinus basilicus.Possideum promontorium & oppidum:oraculum brā-  
 cidarum appellatum.Nunc didyme Apollinis a littore stadiis .xx. Mil. Et inde. clxxx. mil. miletus io-  
 nia caput. Lelegeis antea & phitiusa & anactoria nominata:super. lxxx. urbium per cuncta maria geni-  
 trix:nec fraudanda ciue Cadmo:qui primus profaicam oratiunem condere instituit. Amnis meander  
 ortus est lacu in monte aulocrene plurimisq; affusus oppidis:& repletus fluminibus:crebris ita sinuo-  
 sus flexibus:ut sæpe credatur reuerti. Apamenam primum peruagatur regionem:mox eumeneticam:  
 ac dein hargylicticos campos.postremo cariam placidus:omnesq; eos agros fertilissimo rigans limo.  
 Ad decimum a mileto stadium lenis illabitur mari.Inde mons latmus.Oppida heraclea.Montis eius  
 cognominis caria minus:quod primo condidisse iones narrantur:athenis profecti naucolum prien-  
 ne.In ora quæ trogela appellatur gessus amnis.Regio omnibus ionibus sacra:& ideo panionia appel-  
 lata.Iuxta fugitiuis conditum uti nomē inditio est phygela fuit & marathesium oppidum.Supra hæc  
 magnesia mæandri cognomine insignis a thessalica magnesia orta. A best ab epheso. xv. mil. pas. Tralli-  
 bus eo amplius. ccc. mil. antea thessaloe & androlitia uominata & littori apposita. Derasidas insulas  
 secum substulit mare.intus & tyana alluitur:& lyco pelopea:aliquando & euhippia cognominata.in  
 ora autem mathium:ephesus amazonum opus multis ante expetita nominibus.Alopes cum pugna-  
 tum apud troiam est:mox ortygia & morges uocata est & smyrna cognomine thracia & hemonion  
 & ptele. Attollitur monte pione. Alluitur caystro in cylibianis iugis orto:multosq; amnes deferente &  
 stagnum pegaseum.quod phyrtes amnis expellit. Ab iis multitudo limi est:qua terras propagat:me-  
 diisq; iam campis syrien insulas adiecit.Fons in urbe callipia templum Dianæ complexa. E diuersis  
 regionibus duo selinutes. Ab epheso mathium aliud colophoniorum.& intus ipsa colophon:hale-  
 so affluente inde Apollinis clarii sanum lenedos fuit.& notium oppidum.Promōtorium cyreneum:  
 mons minas. ccl. mil. pas. excurrrens:atq; in continentibus campis residens. Quo in loco magnus Ale-  
 xander interci di planitiem eam iusserat. vii. mil. d. pas. longitudine:ut duos sinus iungeret: erythrasq;  
 cum minante circumfunderet.iuxta eos fuerunt oppida pteleon:helos:dotyon:nunc est aleon. Fluni-  
 corineon.Minantis promōtorium:clazomena:parthenia:& epiothophoria appellata cum insula ef-  
 sent. Alexander idem per duo stadia continēti adnexuit.interiere intus daphnus & hermesia:& syphi-  
 lum quod ante tatalus uocabatur caput mæonia:ubi nunc est stagnum sale ob id & archeopolis sub-  
 stituta sypilo:& inde.illicolpe & huic lebare regredientibus.inde abest. xii. m. p. ab amazone cōdita:re-  
 stituta ab alexandro. In ora smyrna amne melete gaudens non procul orto.Montes asia nobilissimi in  
 hoc tractu fere explicant se:mastusia a tergo smyrnae & thermetis olympi radicibus iunctus. is in dra-  
 cone desinit:draco in timulo:timolus in cadmo:ille in tauro. a smyrna hermus amnis campos facit:&  
 nomini suo adoptat.Oritur iuxta dorilaum phrygiae ciuitatem:multosq; colligit fluuios:inter quos  
 phrygem:qui nomine genti dato a caria eam determinat:hyllum & cryon:& ipsos phrygiae:mesia:ly-  
 diae annibus repletos.Fuit in ora eius oppidum temnos:nunc in extremo sinu smyrue cheseopolis  
 promontorium.Leuce dein oppidum qd insula fuit:finisq; ionia.Smyrneum conuentum magna pars  
 æoliae quæ mox dicetur frequentat:præterq; macedones hyrcani cognominati & magnetes. a sypillo  
 uero ephesum alterum lumeu asiae remotiores conueniunt cæsarienses.metropolitæ:cilbiani:inferio-  
 res & superiores mysomacedones:masturenses:brulita:hypepeni:dishierita.

Ephesus:æolis:troas:pergamus. Capi. xxx.

**A** Eolis proxima est quondā misia appellata:& quæ hellesponto adiacet troas.ab ea phœcea:  
 ascanius portus:dein fuerat larissa & cyme mirine:quæ sabastopolim se uocat.& intus æge-  
 attalia post adæ:neon tichos:temnos.in ora aut titæus amnis & ciuitas ab eo cognomiata.  
 Fuit & grynia:nūc tantū portus soli insula apprehensa.Oppidū elæa:& ex mysia ueniens  
 caicus amnis.Oppida pitane canaius amnis intercidere caen lysimacea:atarnea.carene:cistene:cilla:co-  
 ciltū:thebe.astyre:chrysa:palepscesis:gergithos:noādos:nūc ē perperēne ciuitas Heracleotes tractus.  
 Coriphas oppidum.amnis gryliosolius.Regio aphrodisias:quæ ate politiceorgas.Regio scepsis.Flu-  
 mē euenū:cuius in ripis intercidet lynesos & miletos.ī hoc tractu ida mons.Et i ora quæ sinū cogno

hydissen-  
ses

Colone

Tripolis

Hydros  
lentes

Ainos

Corycae

Pedalion  
Tamaris

Post ad

Amor